

BENEDICTUS PP. XIV.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Exponi Nobis nuper fecit Clarissimus in Xpto filius Nri Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, quod alias fel. rec. Clemens PP. XII. Prædecessor Nri Hospitali dolorum Jesu Xpti Crucifixi nunci. Mulierum invalidarum Civitatis Ispalen, quod, ut idem Clemens Prædecessor acceperat, cla. mem. Philippo V. Genitori ejusdem Ferdinandi Regis dum vixit earundem Hispaniarum Regi Catholico gratum, et acceptum existebat, de alicujus subventionis auxilio providere volens, Hospitali pto, et pro eo illius Rectoribus, seu Administratoribus pro tempore existentibus, vel eorum legitimo Procuratori unam pensionem annuam trecentorum quadraginta quinque ducatorum auri de Camera, et unius Julii monetae super fructibus, redditibus, et proventus Mensæ Archiepiscopalis Ispalen, quæ de jure patronatus ipsius Philippi Regis, ex privilegio Aplico, cui non inveni-ebatur eatenus in aliquo derogatum esse dignoscebatur, ad quatuordecim annos tunc proximos duraturam sub certis modo, et forma tunc expressis, ac de consensu tunc pariter existentis Archiepisci Ispalen, et per Rectores, seu Administratores pto in subsidium, et subventionem Mulierum invalidarum in dco Hospitali tunc, et pro tempore existentium juxta ejusdem Philippi Regis mentem, et intentionem, et non in alios usus convertend, aucte Aplica reservavit, constituit, et assignavit, prout in ipsius Clementis Prædecessoris literis desuper sub Plumbo decimo Kal. Aprilis millesimi Septingentesimi trigesimi tertii expressis uberius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quatuordecim anni ad quos pensio pta, sicut præmittitur, reservata fuerat, jam effluerint, seu brevi expiraturi sint, necessitates vero dco Hospitalis adhuc duvent, cupiatque propterea dñs Ferdinandus Rex reservationem pensionis huic ad aliud Nobis benevisum tempus prorogari, et Venerabilis frater modernus Archiepiscopus Ispalen reservationis ejusdem pensionis prorogationi huic consensum suum jam præstiterit. Nos pro ipsius Ferdinandi Regis votis favorabiliter annuere volentes ac Rectorum, seu Administratorum Hospitalis pti singulares personas a quibusvis excois, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclieis sententiis, censuris, et poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effum pntium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, huic supplicibus inclinati, de Venerabilium fratrum Nrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, reservationem, constitutionem, et assignationem supradictæ pensionis annuæ trecentorum quadraginta quinque ducatorum auri de Camera, et unius Julii mtae super fructibus, redditibus, et proventus dca Mensæ Archiepiscopalis Ispalen Hospitali pauperum Mulierum invalidarum huic, et pro eo illius Rectoribus, seu Administratoribus pti, seu illorum legitimo Procuratori à Clemente Prædecessore pto factas, ut pto, ad alios quatuordecim annos ab ultima die cessationis reservationis pte computand, servata tamen ceteroqui earundem Clementis Prædecessoris prædicti literarum forma, et dispositione aucte Aplica tenore pntium prorogamus, extendimus, et ampliamus; salva tamen semper in præmissis aucte Congnis eorundem Cardinalium. Decernentes ipsas ptes lras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suisque plenarias, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac pti Rectoribus, seu Administratoribus nunc, et pro tempore existentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Aplici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his à quoquam quavis aucte scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, necnon omnibus, et singulis illis, quæ in pti Clementis Prædecessoris lris concessa sunt, non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majoram sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Januarii M DCCCL. Pontus Nri Anno Decimo.

A. Artois Resioneu.

En el día de San Dionisio veinte y dos de Marzo de mil setecientos y cinquenta y cinco se presentaron al sermo nro Sr. D. Luis de la Gracia de Dios, Infante de España, Car. Diacono de la S. J. de Madrid del título de S. Maria de Scala, Frisco, Comendador, Abad y dispensador en lo espiritual y temporal de la metropolitana de Sevilla. Las Letras, y Bulla Retroscritas, Encuarta y de la Pension de mil Ducados que es concedida al Hospital del Sant. Christo de los dolores de Mujeres impedidas de la Ciudad de Sevilla p. termino de Catorce años p. S. A. vistas, y entendidas p. lo las aceptava, y acepto en la forma acostumbrada, y segun la tenia aceptada antecedentemente. Y p. ser notado, asien los Diegos de esta Pension en la Contad. de aquella Merida Dign. de Sevilla p. el tiempo de sus pagas, que se han de executar con el desguento correspondiente del Subsidio, y exousado, como se ha practicado hasta aqui. Lo firmo S. S. y.

el Infante Cardenal

42

Christian  
Arce

Como se la Razon de esta Bulla en el Libro de Salarios y Pensiones de esta Dignidad y Mesa de Arceobispado de S. A. al folio setenta y siete Sevilla a diez y ocho de Mayo de mil setecientos y cinquenta y cinco

Mesa de Arceobispado  
Juan de Villanueva  
de la Mesa

